



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Londoniense Svb Praesidio Alberici Ostiensis episcopi,  
apostolicae sedis legati, celebratum in Anglia anno MCXXXVIII. tempore  
Innocentii papae II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

INNOCENTIVS C. LONDONIENSE. LOTHARIUS IMP. II9  
P. II. STEPHANVS R. ANGL.

ANNO CHRISTI 1138. florali cura destituta, de medio facti presulis Guilielmi de Vvaravvast archidiaconus, nomine Robertus, paſtoralis cure preficitur. Due quoque dantur abbatia, una Vvincelcumba cuidam Cluniacensi monacho, ut ferunt, regis propinquus, nomine Roberto, altera sancta Maria Eboraci eiusdem ecclesia cuidam monacho. Quorum unus scilicet Vvincelcumbensis electus, die pentecostes XI. Kalendas Iunii, a venerando preſule Simone abbas Vvincelcumbensi ecclie ordinatur Vvigornie.

CONCILIVM LONDONIENSE  
SVB PRÆSIDIO ALBERICI OSTIENSIS  
episcopi, apostolicae sedis legati, celebratum in Anglia  
anno MCXXXVIII. tempore Innocentii papæ II.

N O T A.

\* Concilium. ] Anno ab incarnatione Domini 1138. subiungit ibidem idem continuator, pontificatus autem domini papæ Innocentii anno 9. regnante nobilissimo Stephano rege Anglorum, Henrici regis magni nepote, anno tertio regni ipsius, celebrata est Synodus Londonie, in ecclesia sancti Petri apostolorum principis apud Vestmonasterium, mense Decembri, decimatercia die mensis. Vbi post multarum discussionem causarum promulgata sunt capitula ab omnibus confirmata numero 16. Praefuit autem Synodo Albericus Ostiensis episcopus, & predicti domini papæ Innocentii in Angliam & Scotiam legatus, cum episcopis diuersarum prouinciarum numero 17. & abbatibus circiter 30. & innumera cleri & populi multitudine.

